Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8135
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

segniores abest negligencia turpis.
Vicia ato captant mercedes p̃ corporem
mites et ingenii defluent. Negligentia
et torpor dissoluunt anim. Desidia natura
corrumpitur. Torpor enim extinguit mentem
uel sensum. Hebetudo scientiae lu-
men extinguit. Solertia aut meliorem
reddit peyorem facit negligentia sensum
desidia obtundit. segnicia reuerberat
industria acuit. Adman̄ fit ingenium
studio subiecto. tardiora enim ingenia stu-
diis acuuntur. Torpidiorem natura in-
dustria excitat. sicut tarditatem assidu-
itas acuit. Exercitacione proficit sensus
experientia plus satur. Sepe ex consuetudine
natura effecta est. Assiduitas enim moles
facit magis usus in natura uiuitur. Omnia
usu cedunt. Omnia usu parent. Quod cum
difficultate cepis p̃ usu cum uoluntate pfi-
ciens. Nihil sapienciae melius. Nihil pru-
dencia dulcius. nihil scientia suauius.
Nihil stultitia peius est. Excellencior fit natura
doctrina. Nihil insipienciae deterius. nihil
ignauia turpius. Ignorancia mater errorum
est. Ignorancia mitrix uiciorum est. Peccan
magis per ignorancia punitur. Per igno-
rancias enim multa peccant. Indocti enim
facile decipiuntur. Stulti in vicia cito dilabi

146